



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Cassus XXXIV. De Confessione ritè peragenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

C A S U S XXXIV.

De Confessione ritè peragenda.

Simplicianus confitetur Ambrosio Sacerdoti sua peccata, sed reticet peccatum grave, quod sine manifestatione complicitis aperiri non potest, nullumque addit numerum gravium peccatorum, quo à Confessario requisito, addit numerum incertum pro certo, aitque se hactenus non consuevisse numerum addere, nec de hoc à suo Parocho unquam fuisse interrogatum. Nec se accusat, quòd in juventute non nunquam ob vanam gloriam, aut ob pœnæ timorem confessus fuerit.

QUÆR. I. An reticeri possit, aut debeat peccatum, quod sine complicitis manifestatione non potest in Confessione exponi?

QUÆR. II. An Confessiones præteritæ Simpliciani repetendæ fuerint, eò quòd numerum gravium peccatorum hactenus non expresserit?

QUÆR. III. An teneatur exponere aspectus impudicos, oscula, tactus, & numerum copularum cum consanguinea uno concubitu habitatum, & gradus incestus?

QUÆR. IV. An Confessio ob vanam gloriam, seu ex fine malo facta ita vitietur, ut Sacramentum irritum, aut infructuosum reddatur?

198 **A**D I. Q. Supponendum est ex communi DD. & Trident. Sess. 14. cap. 5. confessionem sacramentalem duplici modo integram esse, & dici posse, materialiter scilicet, & formaliter. Confessio materialiter integra tunc dicitur, quando omnia & singula mortalia explicantur, quæ sunt
R. P. Leonardelli Soc. Jes.

materia necessaria Confessionis; Formaliter verò integra dicitur, quando exponuntur omnia peccata mortalia, quæ hîc, & nunc moraliter explicari possunt, ita ut nulla reticeantur absque iusta, & sufficienti causa: Unde si quis aliquod peccatum omittat ex oblivione inculpabili, aut ex alia iusta, &
D d ratio.

rationabili causa, dicitur integrè formaliter confiteri, & satisfacit divino præcepto; licet enim per se loquendo confessio formaliter, & materialiter integra esse debeat; per accidens tamen sufficit etiam confessio solùm formaliter integra, ut constat ex praxi Ecclesiæ & Trident. l. c. ita loquente: *Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem Confessione inclusa esse intelliguntur*; ratione scilicet doloris universalis se se ad omnia extendentis, ut alibi dictum est, & ratio ulterior, cur Christus Dominus hoc sacramentum Pœnitentiæ hoc modo instituerit, videtur esse; quia apud plerosque pœnitentes, præsertim qui diu in statu malo vivunt, aut paulò diutius Confessionem differunt, ferè semper esset moraliter, imò non rarò etiam vix non physicè impossibile revocare in memoriam omnia peccata commissa, eaque exactè, & distinctè confiteri. sicque pauci fructum ex hoc salutari sacramento referrent, quod tamen Christus voluit esse universale, & facile medium, quo peccatores seriò pœnitentes in gratiam cum Deo redire possent. Interim tamen manet obligatio, ut, quitantum formaliter integrè confitetur, teneatur postea cessante causa aperire in alia Confessione omnia peccata mortalia, quæ ex oblivione, aliave justa causa explicare non potuit, aut non debuit, eò quòd aliàs ex tali peccato, vel circumstantia

manifestata in confessione sequeretur vel pœnitenti, vel Confessario vel tertiæ personæ grave, detrimentum Confessione extrinsecum, vel in vita, vel in fama, vel in bonis fortunæ; tunc enim, si haberi non possit alius Confessarius, cui confitearis, & urgeat necessitas confitendi, exponenda sunt alia peccata, tali peccato, vel circumstantia dissimulata, donec postea peccatum, quod reticisti, commodè confiteri possis; prout etiam constat ex hac propositione n. XI. ab Alexand. VII. proscripta, *Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam non tenemur in sequenti confessione exprimere.* Ubi etiam notanda est hæc ab Innoc. XI. damnata, *Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantum confessos, ratione magni concursus pœnitentium, qualis v. gr. potest contingere in die magnæ alicujus festivitatis, aut Indulgentiæ.*

Porro quando ex manifestatione talis peccati, aut circumstantiæ non sequitur mors, publica infamia, aut aliud grave malum, sed sola duntaxat infamia occulta tertiæ personæ complicitis, an tunc possit, aut debeat peccatum tale in Confessione reticeri, dubium, & controversum est inter DD. Ubi,

Prima multorum sententia docet, tacendam esse circumstantiam illam, ex qua persona complicitis

plicis aliàs cognosceretur, atque adeò non posse licitè in Confessione manifestari differentiam specificam peccati, si ex illa Confessarius veniat in notitiam complicitis. Ita Navarr. c. 7. *Præp. dub. 6.* Marfilii, Armill. Can. Valent. Villalob. Medin. Ledesm. Lopez, aliique, quos refert, & sequitur Diana 1. tom. tr. de circumst. aggrav. R. 49. & tom. 2. tr. 4. de Sacram. R. 54. Horum ratio potissima est; quia jus positivum cedere debet juri naturali: atqui integritas Confessionis provenit ex jure positivo; obligatio verò non infamandi alterum ex jure naturali: ergo hujus major ratio habenda est, quàm illius, adeòque omitte-
tendam esse confessionem talis peccati, seu circumstantiæ, eamque differendam, donec talis peccati circumstantia specifica citra ullam complicitis infamationem in alia Confessione manifestari possit.

200 Secunda sententia tenet, posse, & debere pœnitentem eo casu integrè confiteri tale peccatum non obstante infamia complicitis, quam apud Confessarium incurrit, quando scilicet præter hujus infamationem apud Confessarium nullum aliud grave damnum timendum est, & urgente confessionis necessitate aliter nunc peccatum tuum confiteri nequeas. Ita S. Th. *opuscul. 12. q. 6. & 4. dist. 16. q. 3. a. 2. quæstiunc. 5. ubi si potest,*

inquit, *speciem peccati confiteri, non innorendo personam, cum qua peccavit, peccat eam exprimendo; si verò speciem peccati exprimere non possit, nisi exprimendo personam, cum qua peccavit, necesse est, ut exprimendo speciem peccati exprimat personam.* S. Bernard. verò in formula honestæ vitæ ita ait: *De nullo sinistrè loquaris, nisi in Confessione, & hoc ubi non potes aliter manifestare peccatum tuum.* Idem sentiunt Suarez D. 34. S. 2. n. 1. Lugo D. 16. S. 7. Valq. q. 91. a. 2. dub. 3. n. 1. Coninch D. 7. dub. 9. n. 88. Henriq. l. 2. c. 9. n. 3. & 5. Alenf. Sotus Durand. Palud. Adrian. Sylvest. Tolet. Rebell. Reginald. Gabr. Less. Malder. aliique complures apud citt. Lug. Dianam, Ills. tr. 6. D. 6. 4. a. 8. & Tann. D. 6. q. 7. Ratio potissima petitur ex ipsa hujus Sacramenti institutione; ubi Christus voluit fideles integrè deferre sua peccata ad Sacerdotes tanquam ad Judices, tam quoad speciem, quàm quoad numerum, & hoc quidem non obstante infamia, quæ ex ipsa Confessione oritur, utpote confessioni intrinseca, cum nequeat homo obligari ad manifestanda crimina occulta, quin hoc ipso obligetur ad subeundam propriam infamiam apud Confessarium, quod malum voluit Christus ut homo subiret propter maximum bonum, & commodum, quod secum affert hoc Sacramentum, & integra peccatorum omnium manifesta-

Dd 2

tio:

tio: ergo sicut propter hoc maximum bonum obligavit Christus poenitentem ad manifestanda sua crimina etiam cum infamia propria; utpote intrinseca Confessione; sic ob idem bonum obligavit ad permittendam infamiam complicitis, utpote quæ necessario etiam oritur ex ipsa Confessione integra facta tali Sacerdoti, sicut oritur amissio propriæ famæ ex ejusdem peccati manifestatione; atque adeo sicut non potest poenitens celare suum peccatum ad vitandum damnum proprium, ita neque ad evitandum alienum, præfertim cum strictius jus habeat ad propriam famam tuendam, quàm alienam: Unde non est paritas cum casu, quo si tota malitia peccati aperiatur, prudenter times illud fore tertio revelandum, ubi ab integritate Confessionis excusaris. Ratio disparitatis est, quia unum incommodum est Confessione intrinsecum; alterum extrinsecum; violatio enim sigilli, quæ prudenter timetur futura, provenit ab extrinseco, ex ipsa nempe malitia, vel imprudentia Confessarii. Contra verò infamatio Complicitis, non minùs quàm infamatio poenitentis, oritur ex ipsa natura Confessionis integræ, cum nequeat tota malitia specifica peccati exprimi, absque eo, quòd Complex innotescat Confessario. Conf. ex eo, quia Complex videtur jus suum ad famam amisisse per ipsum peccatum tecum patratum; ut

notat Tambur. *rr. 2, de 2. Eccl. præcept. n. 5.* quia sciebat, te Christianum esse, & ad Confessionem accessurum, nec posse te integrè confiteri, nisi manifestando peccatum suum, & tamen tecum peccare voluit, ulroque consensit.

P. 2. Quia Lex naturalis servandi famam alterius illæfam non obligat in quocunque casu, sed tantum tunc, quando non adest rationabilis causa, vel nisi præponderet aliud notabiliter majus damnum; ita ex communi DD. sententia potes viro prudenti secretum servaturo pandere crimen alterius occultum, ut obtineas ab illo necessarium consilium in re gravis momenti: sic in judicio legitimo rogatus potes manifestare Complicem ob bonum commune Reipublicæ &c. atqui in casu posito adest rationabilis, & justa causa manifestandi complicitem, tum ut servetur universim integritas Confessionis, quæ cedit in maximam reverentiam sacramenti; tum ut Confessarius exactè, & accuratè fungi possit officio Judicis, Consilarii, & Medici, quod non minus est bonum, quàm bonum privati hominis consilium petentis; tum ne poenitens non sine magna sapè molestia bis confiteri cogatur idem peccatum, semel scilicet nunc absque circumstantia manifestativa Complicitis, & iterum postea, quando absque illo peri-

periculo confiteri potest; Complex verò minus illicitum habeat ad peccandum, si sciat totum delictum in sacro Tribunali manifestatum iri; tum denique, quia sic longè communiùs judicant DD. ex quorum sensu maximè pendet, quanam causa censeatur rationalis, & sufficiens; quibus proin bonis tantillum illud incommodum complicitis, præsertim ejus culpa causatum, nequaquam præponderat; cum ipse etiam pœnitens eandem ob causam similem jacturam existimationis, & famæ apud Confessarium complicitis negligere teneatur. Ex quibus constat, argumentum adversariorum in oppositum supra relatum non fore efficax, & convincens. Unde dicendum est tanquam communiùs, & longè probabiliùs in posito casu licitam esse complicitis manifestationem, & hoc ipso etiam debitam, ut censent plerique hujus sententiæ Patroni; quia omnis causa, quæ nos excusat ab integritate Confessionis, reduci solet à DD. ad impotentiam physicam, aut moralem: atqui nec datur impotentia physica, nec moralis, si licitè potes Complicem manifestare. Præterea quando lex est certa, & exemptio tantum dubia, standum est lege certa; in posito autem casu lex integræ Confessionis est certa; exemptio verò propter infamiationem Complicitis est valde dubia, & incerta: ergo. Unde

Vasq. l. c. ait; concessa priori doctrina, hanc posteriorem certam esse, quòd scilicet Complex debeat in eo casu manifestari. Dixi tamen supra, si pœnitens aliter tunc confiteri nequeat; quia si commodè potest Confessionem in aliud tempus differre, vel nancisci alium Sacerdotem, cui ipse confiteatur, & cui Complex sit ignotus, utique vitari debet infamatio Complicitis, ut omnes farentur, teste Suarezio l. c. quia non apparet, unde tunc proveniat tibi jus in alterius famam, ut colligitur ex supra dictis, patetque ex iis, quæ alibi fusiùs hac de re dicta sunt in libello de Confess. & Commun.

Ad 2. Q. R. Cum communi 201
per se repetendas esse Confessiones Simplificianis, ut patet ex alibi dictis. Ratio desumitur ex Concilio Tridentino, quod *Sess. 14. c. 5. & 7.* requirit Confessionem omnium mortalium tam quoad speciem, quàm quoad numerum: ergo licet Simplificianus ex ignorantia inculcata validè hactenus fuerit absolutus, non expresso numero, semper tamen manet obligatio numerum explicandi, ubi ejus necessitatem intellexerit v. gr. in Confessione, Concione, Catechismo &c. Nihilominus non teneri Confessarium imponere Simplificiano repetitionem Confessionum, in quibus numerus non fuit expressus, probabiliter censent.

D 3

Henriq.

Henriq. l. 2. de pœnit. c. 3. n. 10.
Fagund. l. 3. c. 4. n. 10. Dicastill.
de pœnit. tr. 8. D. 9. n. 57. & alii;
quia cum tales homines bona fide
procedant, & ordinariè unifor-
mem ferè vivendi rationem tene-
ant, facilè prudens Confessarius
ex Confessione unius anni conjic-
cit, quantum aliis annis peccave-
rit, ut ita virtualis numeri expli-
cacio interveniat: Adde tamen
magnâ hîc prudentiâ Confessarii
opus essetum circa bonam fidem,
tum circa hanc uniformem vi-
vendi rationem; sæpè enim con-
tingere potest, ut non absque con-
scientiæ remorsu sic obiter confi-
teantur, ut pro diversis occasio-
nibus magna sit inæqualitas numeri
hoc v. g. quàm aliis annis, quo
in casu, nisi aliter ex circumstan-
tiis colligi possit, utique repeti-
tio Confessionum instituenda, &
numerus apertè, quantum fieri
potest, explicandus est, ut patet
ex ante dictis.

Cæterum notat hîc Vasq. in 3.
q. 93. a. 3. dub. 7. rusticos, aliòs-
que rudiores homines, si absque
prævio examine ad Confessionem
accedant, non facilè remittendos,
ut Secum ipsis prius examen insti-
tuant, sed paucis interrogationi-
bus juvandos, & expediendos esse;
nec debere interrogationes esse
molestas, longas, & enucleatas,
sed Statui, & qualitati cujusque
pœnitentis convenientes.

Ad 3. Q. 1. Membrum notan- 202
dum, actus humanos alios esse
homogenios, id est, similes, uni-
formes, & ejusdem speciei, qui
circa idem objectum, vel perso-
nam versantur; Alios heteroge-
nios, seu dissimiles, qui vel à di-
versa persona, vel ab eadem, sed
diverso modo prodeunt, vel in
objectum diversum tendunt.

Rursus alios dici consumatos,
qui vel interiùs, vel exteriùs per-
ficiuntur, & de se ad alium actum,
vel opus complendum non ordi-
nantur; alios verò dici non con-
sumatos, qui vel ex se, vel ex
communi operandi modo velut
media, ac dispositiones, vel cir-
cumstantiæ, partes, aut comple-
menta ad alium actum, aut opus
complendum ordinantur. Hoc
notato.

R. Teneri utique Simplicianum
exprimere numerum copularum
uno etiam concubitu habitatum,
quia sunt peccata distincta, nec
unum respicit, & ordinatur ad al-
terum; opera enim homogenia,
quæ successivè patrata plurium
completarum actionum nomine
veniunt, juxta communem DD.
totidem sunt numero distincta pec-
cata, quamvis eodem continuo
pravæ libidinis proritu fiant. Sic
qui cum eadem uno concubitu
tres habet copulas, tres commit-
tit fornicationes; qui eodem fu-
roris

roris actu percitus tres successivè interficit homines, tria patrat homicidia distinctè confitenda. Sic Sacerdos, qui die natali Domini tria continua Sacra celebrat, tribus se sacrilegiis obstringit; quia videlicet quodvis Sacrum est opus de se completum, nec ad alterius complementum ordinatur: imò juxta probabilem multorum sententiam Confessarius eadem sessione, & sine morali interruptione multos in Statu malo absolvens pœnitentes, totidem committit sacrilegia, ex simili ratione; quia in quovis completur judicium Christi nomine indignè tractatum, nec judicium unius ad alterius causam ordinatur; Alii tamen fortassis æquè probabiliter negant, ejusmodi Confessarium plura peccata committere, eò quòd sit una moraliter indigna functio, unumque indignum ministerium. Contrà verò quando plures actiones malæ ex natura sua, vel si de se malæ non sint, ex operantis intentione ad unum opus principale vel tanquam media, ac dispositiones, vel ut partes, aut complementa absque interruptione ordinantur, & cum ipso opere unius velut actionis completæ vocabulo designantur, unum moraliter peccatum constituunt, ut docet communis DD. Sic si sacerdos in Statu peccati mortalis constitutus probè sciens, & impœnitens ad templum accedat, vestes induat, ad aram faciat, & post hoc S. Eu-

charistiam distribuat, & residua Hostiarum fragmenta resumat, unum communiter sacrilegium patrare censetur; quia præviæ, & secutæ actiones ad unum Sacrificium, prout à Christianis fit, de quo etiam Lajci participiant, completum, & consumatum pertinent. Sic in duello formato actiones præviæ ordinatæ ad opus principale, scilicet provocatio, & acceptatio duelli, loci designatio, comitum electio, armorum præparatio, congressus, scandalum spectatorum, cædes rivalis &c. unum moraliter peccatum constituunt, quod expones dicendo: Semel ad duellum formatum, & publicum coram multis stravi ad verfarium. Idem dic etiam de aliis actibus homogeniis non consumatis tendentibus ad eundem finem, sæpiùs etiam repetitis sine notabili interruptione, quales v.g. sunt, turpes aspectus, tactus, oscula ejusdem personæ cum desiderio copulæ tali ratione, sæpiùs repetita; repetita item ejusdem personæ verbera &c. Quæ satis confiteberis, si dicas, semel proximum verberibus excepi, semel solutam cum desiderio fœdi operis impudicè tetigi, aspexi, osculatus sum, &c.

Ad 2. Membr. Q. 3. Noto non esse hîc quæstionem de gradibus Consanguinitatis, & affinitatis reservatis, aut qui impedimentum afferunt matrimonii, ubi utique impe-

impedimentum declarari debet; cum afferat malitiam incestus specie diversam; Sed an debeat explicari gradus ipse consanguinitatis, & affinitatis in particulari seu potius an ipsi incestus sint specie diversi ex graduum diversitate, ubi magna est inter DD. quæstio, & controversia.

Diana p. 1. tr. 7. R. 31. cum S. Th. 22. q. 154. a. 9. Cajetan. & aliis à se relatis affirmat, incestus inter Consanguineos, & affines non differre specie in genere moris, ac proin pœnitentem per se loquendo non teneri explicare circumstantiam consanguinitatis, vel affinitatis, nec diversitatem graduum; quia talis circumstantia non mutat speciem incestus, sed solum aggravat intra eandem speciem, sicut major, vel minor quantitas rei furtò ablatæ.

Alii cum Navarr. in man. cap. 16. n. 3. Bonac. de sacr. d. 5. q. 5. p. 2. §. 3. diffc. 3. asserunt, omnes incestus specie differre, & consequenter in Confessione aperiendam esse, in quo gradu incestus fuerit commissus.

Valq. in præsent. dub. 4. a. n. 11. Lugo D. 16. S. 3. & alii, mediâ viâ incedentes censent, coitum cum parentibus probabiliter differre specie ab aliis omnibus propter specialem deformitatem, quæ oritur

ex peculiari reverentia parentibus debita, quæ non debetur aliis consanguineis, imò in copula declarandum esse, an fuerit cum matre, vel filia, nec sufficere dicere, se peccasse cum consanguinea in primo gradu lineæ rectæ, quia malitia diversa, est in filio, quantum peccat contra reverentiam matri debitam, quæ malitia non est in patre, sed alia diversa, quando peccat cum filia; adeoque non sufficere dicere: peccavi cum consanguineâ in primo gradu; quia in fratre, & sorore non apparet eadem turpitudine, quæ est inter patrem & filiam. Coitum autem etiam cum fratre, aut sorore probabiliter differre specie ab aliis; quia probabilius est secundum Lug. l. c. & Sanch. & Th. Sanch. l. 7. de matr. D. 52. n. 11. hunc esse jure naturæ interdictum, propter specialem foeditatem, quæ est in illa conjunctione, quia cum fratres ab incunabilis convivant, simulque nutriantur, nimis proclives aliàs essent ad coitum, nisi naturæ fræno prohiberentur ob illam nimiam conjunctionem.

In reliquis verò gradibus prohibitis transversalibus consanguinitatis & affinitatis ajunt non esse differentiam specificam, sed majorem, vel minorem gravitatem non necessariò explicandam, excepto tamen primo affinitatis gradu lineæ rectæ, quem ab aliis specie differre arbitrantur ob specialem, quam continet, deformitatem propter reve-

reverentiam quasi paternam debitam uxori patris, vel marito matris. Ex his tribus sententiis probabilibus secunda utpote tutior, in praxi utique consulenda est, spectata tamen ratione probabilior videtur ultima, quæ inter utramque media est.

204 Ad 4. Q. R. licet non nulli ex antiquioribus cum Sylvest. *V. confessio* q. 7. §. 9. Angelo *V. vana gloria*, §. 1. & Armill. universim videantur affirmare, irritum, & infructuosum esse hoc sacramentum, si ex malo fine pœnitens illud recipere velit, communis tamen Recentiorum sententia apud Lug. *D. 15. S. 9.* contrarium tenet cum Suarez in præfati *D. 2. S. 3. n. 4. & seqq.* Coninck. *D. 35. de matr. dub. 2.* Lug. l. c. Soto, Navarr. & aliis, dummodo finis, qui intenditur, non sit mortaliter peccaminosus, hoc ipso, quòd tunc pœnitens non haberet dispositionem necessariam, dolorem scilicet, & propositum non peccandi, atque adeò irrita & nulla esset confessio; quando verò intentio est mala solum venialiter, Sacramentum non invalidatur; quia adhuc stare potest dolor, & propositum circa peccata mortalia, & circa alia venialia, quod sufficit ad valorem Sacramenti: Unde licet talis Confessio sit cum peccato veniali conjuncta, quia tamen veniale non est obex gratiæ, fieri potest, ut non solum talis Confessio sit valida, sed etiam ut absolutio

R. P. Leonardelli Soc. Jes.

sit fructuosa; cum non obstet, quominus quis possit spe veniæ obtinendæ, & gratiæ impetrandæ confiteri, & tamen simul faciat id ob vanam aliquam gloriam, si quidem in tali casu adest intentio suscipiendi Sacramentum, & omnia requisita ad illius valorem.

Conf. quia, ut latè explicat P. Coninck l. c. dumodo non excludatur finis principalis positivè, nolendo illum, non est obligatio sub mortali in hujusmodi rebus, non utendi illis, nisi desiderando positivè finem principalem: sicut ergo potest absque mortali contrahi matrimonium ad acquirendas divitias, vel honorem; sic potest Sacramentum pœnitentiæ absque culpa gravi ordinari ad aliquod aliud bonum, non excludendo finem principalem ipsius Sacramenti.

Nec obest, quod idem actus non possit simul esse bonus, & malus juxta communiorem, nam licet non possit idem actus simul esse bonus, & malus bonitate, & malitia intrinseca; potest tamen esse bonus intrinsecè, & in se, & malus extrinsecè seu denominativè ex fine operantis, aut per malitiam alterius actûs. Sic potest quis ex motivo vanæ gloriæ, vel alterius finis mali velle exercere actus temperantiæ, justitiæ, & aliarum virtutum, ut possit postea de illis gloriari, vel ad alium finem malum,

Ee

qui

qui actus sunt boni ex proprio ob- secro actus imperantis, ut fuse
jecto, mali autem ex fine extrin- probat Lug. l. c.

CASUS XXXV.

*De Confessione, & Communionem muti simul,
& surdi à nativitate.*

Judas mutus, & surdus à nativitate, adultior factus tempore Paschali post tusionem pectoris, & aliquot suspiria coram ostenso Crucifixo edita, fuit à suo Parocho absolutus, & ad S. Communionem admissus per complures annos. Postquam autem Parochus ex aliorum relatione certò intellexit, Judam contrahere consuetudinem de die & nocte furandi ex alienis hortis, & agris, curavit, ut ejus domestici illum jam 40. annos natum à furtis per minas, & signa eidem magis nota deterrerent, sed cum nulla appareant emendationis signa, hocque notum sit Parochianis, Parochus à tempore jam trium annorum Judæ licet coram aliis sæpius suo modo instanti, & quasi urgenti, absolutionem tamen negat, & Communionem.

QUÆR. I. An Parochus bene fecerit prima illa vice Judam surdum simul & mutum absolvendo, eumque admittendo ad S. Communionem?

QUÆR. II. An bene postea ei negaverit absolutionem; & S. Communionem ob contractam eam furandi consuetudinem, sitque tale medium ulterius continuandum?

QUÆR. III. An Judas Surdus simul, & mutus à nativitate contrahere potuisset matrimonium?

205 **A**D I. Q. R. rectè fecisse Parochum admittendo Judam mutum, & surdum ad utrumque Sacramentum, Pœnitentiæ; & Eucharistiæ, quia quantum ex adjectis, & per scriptis circumstantiis apparet, utriusque capax fuit, & quidem quoad Sacramen-